



POSITIONES  
EX  
UNIVERSO JURE.  
EX JURE NATURÆ  
ET GENTIUM.

I.

*Jus Naturæ immutabile est.*

II.

*Jus Gentium à Jure Naturæ diversum non da-tur.*

III.

*Usuræ moderatæ Jure Naturali permissæ sunt.*

IV.

*Pax legitime conclusa ob exceptionem metus in-fringi non potest.*

E 2

V

V.

*Bona aliena in casu nequidem extremæ necessitatis involare licet.*

VI.

*Vestigium usus Jure Naturæ reprobatus non est.*

VII.

*Bellum propter solam vicinam Potentiam crescentem justè non suscipitur.*

VIII.

*Clarigatio belli omissa illud injustum non facit.*

## EX JURE CANONICO.

I.

**E**piscopi sunt veri successores Apostolorum.

II.

*In Diœcesis quilibet Episcopus est caput omnium inferiorum Ministrorum.*

III.

*Omnis tamen Ecclesiæ Pastores S. Pontifici legitimo Divi PETRI successori subordinati sunt.*

IV.

IV.

*Decreto GRATIANI authoritas Legalis de-negari nequit.*

V.

*Dare aliquid pro ingressu in ordinem Religiosum simoniam sapit.*

VI.

*A Judiciis sacerdotalibus nulla datur ad S. Pontificem appellatio.*

VII.

*Jus Asyli nec Juris naturalis , nec divini est , sed ab Imperatoribus Christianis ordinatum , & Decretis Conciliorum , ac Constitutionibus Apostolicis firmatum est.*

VIII.

*Unde Asyla è Republicâ non eliminanda , sed potius conservanda sunt.*

## EX JURE PUBLICO IMPERII.

I.

*Statibus Imperii in fratres suos apanagiatos in personalibus nulla competit Jurisdictio.*

II.

*Eodem modo status etiam in uxores suas illustres nullā in personalibus Jurisdictione gaudent.*

III.

*Simultaneum à quolibet Domino territoriali liberè introducitur.*

IV.

*Jus eundi in partes non nisi in negotiis Religionem directè vel indirectè concernentibus locum habet.*

V.

*Directorium in Comitiis sede vacante Capitulo Moguntino competit.*

VI.

*In Imperatorem non aliis, quam Stirpis Germanicæ eligi potest.*

VII.

*Etiam impubes, si prægnantes ad sint causæ, in Imperatorem eligi potest.*

VIII.

*Res Principum (Fürsten-Guth) à vestigalibus non sunt immunes.*

**EX JURISPRUDENTIA PRIVATA  
ILLUSTRUM.**

I.

*Jus venandi in prædiis suis nequit denegari Nobilibus.*

II.

II.

*Licet Dos à filiâ illustri non illata sit , tamen ei debetur vidualitum.*

III.

*Agnati in bonis stemmaticis æquè ut in feudis Jus quæsitum habent.*

IV.

*Pacta dotalia de successione agentia Juribus testamentorum vel codicillorum non sunt censenda.*

V.

*Renuntiatio filiarum illustrium intuitu bæreditatis avitæ necessaria non est.*

VI.

*Primogenitus filias fratris apanagiati dotare tenetur.*

VII.

*Ad introducendam primogenituram Consensus Imperatoris , & Ultragenitorum requiritur.*

VIII.

*Filiabus illustribus Jus exigendi legitimam non competit.*

**EX JURE FEUDALI.**

I.

*Dissidentibus literis investituræ antiquioribus à recentioribus , si justa mutationis causa non appareat , antiquiores præferendæ sunt.*

II.

II.

*Consensus Domini directi in hypothecam feudalem in dubio censetur in subsidium tantum, deficien-  
tibus quippe bonis allodialibus, concessus esse.*

III.

*Libri feudales antiqui, nempē Juris feudalis  
Alemanni, Saxonici, Franconici, & Bavarici,  
usum tantum historicum præbent.*

IV.

*Jus feudale Longobardicum usum tantum sub-  
fidiarium præstat.*

V.

*Licet feuda Ecclesiastica præsumantur oblata,  
non tamen fæminina.*

VI.

*Feudum masculinum & Mann-Lehen non semper  
sunt Synonima.*

VII.

*Filius in Germaniâ succedere potest in feudo re-  
pudiato alladio.*

VIII.

*Felonia patris in feudis Germaniae non nocet  
filio.*

EX

## EX JURE CIVILI.

I.

Jus Romanum silente duntaxat lege patriā insub-  
fidium obtinet.

II.

Donatio omnium bonorum valida est.

III.

Filiam divitem pater dotare non tenetur.

IV.

Si filia non emancipata etiam liberis relictis mo-  
riatur, tamen de Jure Civili dos profectitia ad  
patrem revertitur.

V.

Etiam si quis se obliget als selbst-schuldner, tan-  
men gandet beneficio excussionis.

VI.

Ad emphyten in Ecclesiasticam non requiritur  
scriptura,

VII.

Avus paternus nepoti illegitimo ad alimenta non  
est obligatus.

VIII.

Uxor ratione dotis illatæ meritè præferenda est  
omnibus Creditoribus etiam anteriore hypothecâ  
munitis.

EX

## EX JURE CRIMINALI.

I.

**S**tatus Imperii contrà constitutionem Carolinam leges ferre possunt.

II.

*Reparato damno pæna ordinaria furti non habet locum.*

III.

*Lædens etiam læso propter dolores tenetur.*

IV.

*Etiam si Princeps Reo in duobus prioribus fur-  
tis gratiam fecerit, tamen ob tertium furtum laqueo  
puniri potest.*

V.

*De Crimine convictus citrà confessionem pænâ or-  
dinariâ afficiendus est.*

VI.

*In causis criminalibus decidendis Juramento sup-  
pletorio locus non est.*

VII.

*Fluxio sanguinis ex occisi cadavere non est indi-  
cium sufficiens ad torturam.*

VIII.

*Reo absente executio in effigie fieri potest.*